



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Eius contemptus rerum caducarum. 148

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

tur, ita omnibus eum rebus pol-
 lere sciebamus, vt magnis Reli-
 gionum ductoribus documentū
 esse crederemus. Ita nihil adeo
 tum, ac ne postea quidē, re sæpius
 tentata profecit: quod obstinato
 consilio Patres respōderent, nulli
 alteri, donec viueret IGNATIVS,
 vniuersam rem permissuros. Ibi
 factus est mihi, se, cum nulli rei i-
 doneus sit, impedimento tamen
 esse, ne quis melior prouinciam
 administret. 148 Ab hac IGNATII
 Modestia, multæ aliæ primi no-
 minis virtutes pullulârunt. Qua-
 lis erat, qua se ipse, resque homi-
 num fluxas despiceret: tum qua
 fortiter laboribus occurrere; ac
 patientiæ laudem, inter tam ad-
 uersa infestaque tempora, ferre
 conspiciebatur. Nimirum animi
 hæc demissio est, solatijs indignū
 se esse reputare; nec vllis imme-
 ritò ærumbris lacessi: sed quanto

G 5

plura

plura perpetitur, tanto plurima
commeruisse credere. Nam & i-
psum hoc illi gaudium est, vide-
re mortalia quæuis in se ruere,
& poenas neglecti Numinis re-
petere.

149 Singulare deinde studium
adhibuit I G N A T I V S, ad motus
animi componendos: quo eam
ille tranquillitatem est consecu-
tus, quãtam nulla propemodum
euenta perturbarent. Homo na-
tura ceteroquin vehemens, & in-
genio erat præferuido; verùm ita
se tamen triumphauerat, vt mira
in vultu verbisq̃ue comitas, nihil
vsquã natiui ignis præderet; fri-
gorique potius ac languori ob-
noxium corpus trahere credere-
tur. Et si autẽ bilis imperum, qui
in vitium ferret, à se prorsus abdi-
carat; vim tamen eius, in rebus
arduis necessariam, apprimè re-
tinebat. Corpore sæpe à morbis
iniu-